HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Seite 126
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ΔΙΑΠΙΤΟΣΙΝ hoc est ruinā ponere & pualle. ΠΟΔΥΑΝΑΡΙΟΝ. qd significatur uirorū multitudine nisi forte exceo qd ibi populus corruerit & cessāsit hominū multitudo uel spiritaliter in errore idolatriae uel iuxta litteram ab babilonio exercitu quod inconsequentibus manifestius legitur. ~ ~ ~ ~ ~

Et dissipabo consilium iudae & hierusalem in loco isto & subuertam eos gladio in conspectu inimicorū suorum & in manu querentium animas eorum & dabo cadauera eorum escas uolatilib; celi & bestiis terre & ponam ciuitatem hanc in stupore & in sibilum omnis qui pr̃teriens p eam obstupescet & sibilauit sup uniuersa plagas eius & cibabo eos carnib; filiorū suorum & carnib; filiarū suarum & unusquisque carne m amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum & qui querunt animas eorum. Quāquam haec in babilonia captiuitate accidisse populo nouerimus tamen plenius referuntur actē pōne saluatoris quando obsessisunt a uespasiano & tito & ciuitas eorū de adriani tēporib; in acerno cinere conlapsa est utqui obtulerant filios suos idolis ipsi eos postea fame necessitate compulsi in ciborū usum uesterent carnes quae omniū dare tur uolatilib; celi & bestiis terre. Utquid in muneribus abusi fuerant inimpietate & propria uiscera idolis inmolarent uentres suos sepulcra facere t liberorū. Et conterens lagunculū in oculis uirorū qui bunt uel egredi entur tecū & dices ad eos. Haec dicit dns exercituū sic conterā populum istū & ciuitatem hanc sicut conteritur uas figuli qd non potest ultra instaurari. Perspicue non de babilonia sed de romani dicitur captiuitate. Post babilonius quippe & urbis instaurata & populus reductus in iudea & habundantiae pristine restituta se. Post captiuitatem autē quae sub uespasiano & tito & postea accidit sub adriano usque ad consummacionē seculi ruinę hierusalem p mansuraesunt. quāquā sibi iudei aureā adque gemmatā hierusalem restituendā putent rursū queuidamas & sacrificia & coniugia & regnū interris dni saluatoris quae lic & non sequamur tamen dānare tē possumus quia multi ecclesiasticorū uirorum & martires istae dixerūt unusquisque in suo sensu habunda & dni cuncta iudicio reser uentur quomodo autē uas fictile & testeū si fractū fuerit in an tiquā speciem non potest reformari sic & populus iudeorum &